INSTITUTO
DE
COIMBRA

CLARISSIMO VIRO

PROF. NICHOLAS K.ROERICH

S. P. D.

Instituti Conimbricensis Societas, cujus præcipue interest litteras, scientias atque artes liberales excolere, quum viros doctrina præstantissimos in suum ordinem adscribere contendat, te sibi socium respondentem *adciscere decrevit, idque tibi notum facere mihi commisit. Ut gratum munus exequar, has litteras simul et diploma lubenti animo ad te mitto; quæ benigne accipias, toto corde exopto. Vale.*

Data Conimbricæ X.XI.M.DCCCCXXXVIII

Antonius Gomes da Rocha Madahil

Общество Конимбригского* Института, содействующее развитию свободных искусств, литературы и наук, принимая во внимание выдающиеся достижения и блестящие работы Н.Рериха, уведомляет его /на стандартном бланке/ о принятии /"респондентом"- т.е. соответствующим обществу/ и предлагает содействие.

10 ноября 1938г.

подписи президента /?/
и секретаря /?/

* Конимбрига - город в Португалии

CONIMBRIGENSIS INSTITUTIS PRAESES SOCIIQUE

Professor Nicholas K. Roerich

VIRO CLARISSIMO

S. P. D.

LIBERALES Artes, Litteras atque Scientias, in multiplici earumdem genere, excolendi amplificandique rationem quum provehere contendat *Conimbrigensis Instituti Societas,* humanae culturae incrementum pro se quoque spectans, magnum quidem ac praeclarum justumque molitur opus. Quod tamen ut in exitum perducere possit, oportet, ut suum in ordinem litteris perpolitos omnique doctrina praestantissimos adscribat Homines; qui sibi tanta in re, perinde quolibet homine digna, atque humanitati universae perutili, opem conferre valeant. Haec proinde *Societas,* quum ad Tuam, Vir Clarissime, Dignitatem animum advertisset, quam et publice spectatam, et Tuis tum scriptis, tum optimarum Artium periculis, rite exploratam cernit, Te sibi Socium correspondentem adsciscere, pro suarum legum praescriptis, libenter constituit; neque immerito fore sperat, ut, ad propositum finem adtingendum, Tuam sibi operam et industriam commodes. Vale. Datum Conimbrigae X. XI. MDCCCCXXXVIII.

Franciscus M. da Costa Lobo, Praeses

Antonius Gomes da Rocha Madahil, ab actis

TYPIS GRAPHICAE CONIMBRIGENSIS — M.DCCCC.XXXVI

CONIMBRIGENSIS INSTITUTIS PRAESES SOCIIQUE

Professor Nicholas K. Roerich

VIRO CLARISSIMO

S. P. D.

LIBERALES Artes, Litteras atque Scientias, in multiplici earumdem genere, excolendi amplificandique rationem quum provehere contendat *Conimbrigensis Instituti Societas,* humanae culturae incrementum pro se quoque spectans, magnum quidem ac praeclarum justumque molitur opus. Quod tamen ut in exitum perducere possit, oportet, ut suum in ordinem litteris perpolitos omnique doctrina praestantissimos adscribat Homines; qui sibi tanta in re, perinde quolibet homine digna, atque humanitati universae perutili, opem conferre valeant. Haec proinde *Societas,* quum ad Tuam, Vir Clarissime, Dignitatem animum advertisset, quam et publice spectatam, et Tuis tum scriptis, tum optimarum Artium periculis, rite exploratam cernit, Te sibi Socium respondentem adsciscere, pro suarum legum praescriptis, libenter constituit; neque immerito fore sperat, ut, ad propositum finem adtingendum, Tuam sibi operam et industriam commodes. Vale. Datum Conimbrigae X.XI.MDCCCCXXXVIII.

respondentem

Franciscus M. da Costa Lobo, Praeses

Antonius Gomes da Rocha Madahil, ab actis

TYPIS GRAPHICAE CONIMBRIGENSIS — M.DCCCC.XXXVI